



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 55. Varii successus in Galliis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

Sæc. XVIII. præbuit: Paulopost idem Pontifex Ar-
A. C. 1731, meniorum quoque Patriarcham suis
 beneficiis, & paternis hortationibus
 eo induxit, ut impium a sacris Dis-
 cis anathema contra Chalcedonensem
 Synodum, & sanctissimum Papam Le-
 nem Magnum deleret.

§. LV.

Varii successus in Gallia.

Jam anno hujus sæculi vigesimo nono
 die quarta Septembris Maria Ste-
 nislai Leszinsky Filia & Ludovici XV.
 Franciæ Regis Conjux Versaliis præ-
 mogenitum suum Filium enixa est, qui
 eodem adhuc die a Cardinale Rohan
 supremo Regis Eleemosynario Baptis-
 matis fonte auguratus est. Sequenti
 anno Clerus Gallicanus, postquam die
 prima Junii consuetis comitiis initium
 dabat, die decima sexta ejusdem Me-
 sis Regi petitas quatuor librarum mil-
 liones *doni gratuiti* nomine tradebat.
 Clemens vero Pontifex Fridericum
 Lantem tanquam Apostolicum Lega-
 tum ablegabat, ut Delphino nuper nato
 pro more sacratas deferret fascias. Ab-
 venit hic Versaliis die decima Aprilis
 postquam Lutetiam Parisiorum solemn-
 pompa ingressus erat: Placuit Regi
 summopere Pontificis donum; exte-
 nna

nam tamen lætitiæ significationem Sæc. XVIII.
 multum imminuit edictum nuper Romæ A. C. 1731.
 promulgatum, vi cuius, ut pecunias
 cum ingenti subditorum damno in Gal-
 lias transferendi occasio præcideretur,
 severe inhibatum, ne panni in Francia
 fabricati in ditiones Ecclesiasticas in-
 veherentur: Ea re Rex tantopere offen-
 sus erat, ut vicissim cum Avenionensi
 Comitatu omne commercium interdiceret,
 & bombycinas merces inde extrahi
 vetaret: demum vero cum valido mi-
 lite Maillebosium Marchionem eo mit-
 teret, ut hunc Comitatum veluti ob-
 sidione cingeret, nec ulli hominum ac-
 cedere vel egredi permetteret. Maxi-
 ma rerum penuria inde enata. Sub
 idem ferme tempus Cardinalis Fleu-
 ryus primus Regis administer decre-
 tum edidit, quo cunctis militibus, cu-
 juscunque gradus aut conditionis es-
 sent, peregrinationes sacras extra Re-
 gnum peragere inhibatum, ceteris vero
 id duntaxat prævia Episcopi venia con-
 cessum, sancita transgressoribus Viris
 triremium, fœminis vero arbitraria
 pœna: Ansam salubri huic edicto de-
 derunt frequentes corruptelæ; non
 raro enim milites exteri Principis mi-
 litæ nomen dabant, famuli & ancillæ
 a Dominorum obsequio excedebant,
 Patresfamilias abjecta cura filiorum
 ac

Sæc. XVIII. ac uxoris, otio, & vitæ licentiæ ra-
A. C. 1731. cabant &c.

Præterea ejusdem hujus anni Mens
Septembri Henricus Cardinalis de Bly
trigesimo ab Urbe Parisina lapide ex-
lare jubebatur; Regii hujus manu
obtentus erat immodicus juris Ponti-
ficii & Constitutionis *Unigenitus* tuen-
dæ ardor, quem hic Cardinalis ex-
erebat.

§. LVI.

Prætensa Protestantium gravamina

Fuere jamjam anno priori indicta a
Friderico Augusto Polonorum Rege
comitia Grodnensia, in quibus gravamina
regni negotia, lites & dissidia componerentur: Familiare erat Protestantibus, quos *Dissidentes* vocant, ut comitiorum tempore varios suæ sectæ favores a Catholicis Proceribus extorquerent: Eo fine nescio, quæ Religioni gravamina fingebant, totoque studio commendatitias Protestantium Principum literas minis etiam graves sibi procurabant: Aderant tum Variorum Schaubius & Woodwardus Georgii III. Angliæ Regis Oratores, qui die vigesima quinta Februarii dato ad Poloniam Regem libello supplici exponerent, non paucos Angliæ Regis subditos a